

nos cernere. Cum interuentus noctis, animos ab operibus in curas traduxisset, nec minus lætitia victoribus, quam inclusis dolor consilium ademisset, visum est Herennium victoris Patrem, virum & ætate & sapientia prouectum consalere, neque enim procùl aberat. Senex auditore rerum statu, consilium dedit: Ut abire permitterentur, insuper & honorificis verbis, & omni obsequiorum genere prosequerentur. Quod ubi in consilio castrorum, apud feraces animos iuuenium agitari cœpit, nimis molle ac prorsus senile consilium, de tām infestis hostibus, & indigna res omnibus videri, proinde iussus nuncius reuerti, & virilius responsum poscere: at ille, Omnes ad unum occidendos censuit Romanos: Enim uero tūm cuncti, præcipue Imperator delirantem iam senio patrem affirmare, qui de eadem re tām repugnantia suaderet: quia tamen fama hominis ingens erat, placuit rursum exquirere, si quod fortè medium consilium haberet. Tum verò senior stratu sese iussit attolli, & vehiculo impositum ad castra filij preferri, cuius ad aduentum circumfusis omnibus: Nihil, inquit noui, consilij datu-

v. ij.